

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker/ I.C. ac
Pandectarum Professor Publ. ... Ad Exequias Quas Matroaeae laudatissimae
Sophiae Fabritiae, Viduae Sandovianae, Liberi Generique moestissimi, Hodie ...
paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum cives Academicos amanter invitat :
[PP. Sub Sigill. Rect. 20. Iunii Anno 1676.]**

[Rostock]: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777443066>


Druck Freier  Zugang




Redeker, H. R.,
in
S. Fabriciam,
uxor. Sandow.

Rost. 1676.

55





65.
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HEINRICUS RU-
DOLPHUS Redeker/

J. C. ac Pandectarum Professor Publ.
Coistorii item Ducalis Assessor,



AD EXEQUIAS

Quas

Matroæ laudatissimæ

SOPHIÆ FA-
BRITIÆ, Viduæ
Sandovianæ,

Liberi Generique mœstissimi,
*Hodiè, ad dimidium horæ secunda in templo Mariano
paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum cives Acade-
micos amanter invitat.

Typis Heredū JOANNIS KILII, Acad. Typogr. 1676



SALUTEM!



Uod in procelloso mari navi-
gantibus & fluctuum sævitiã
circumcirca actis portu, iterq;
periculosum facientibus lo-
cus ad quem contendunt, &
pro gloria decertantibus meta & victoria
est, id illis, qui varias mundi calamitates
& miseras experti sunt, tandemque one-
rum atque laborum finem anxie deside-
rant, mors est. Eum enim in portum se-
curitatis delatum, ad locum destinatum,
perlatum, & ad honoris triumphum pro-
vectum, adeoque demum felicem, judi-
camus, cui, post devoratas vitæ hujus
mundanæ molestias, æumnas & calami-
tates, animam piè placideque creatori suo
reddere contigit. Hic enim pro terrâ ce-
lum, pro periculis & miseriis, securita-
tem,

tem, pro labore quietem, & pro hujus mundi doloribus & calamitatibus æterna gaudia consequitur. Hujusmodi exitum ex hâc miseriarum & ærumnarum valle sortita est *Matrona Clarissima & honestissima SOPHIA FABRITIA, Consultissimi Dn. DANIELIS SANDOVII J. U. D. p. m. Vidua.* Hæc enim, quod viduarum proprium est, post varias fortunæ vicissitudines, laborum tandem & molestiarum finem est consecuta, postquam in felicitatem æternam se penetravit. Est enim piorum mors nihil aliud, quàm porta ad portum securum, qui miseros mortales ex periculoso naufragio eripit; Est civitas sanctorum, quæ perpetuâ immunitate suos donat cives: Est finis laborum, qui infinitam victoriæ consummationem promittit. Hujus itaque felicitatis æternæ jam particeps facta quâ animam, quâ corporis sepulturam debitum honestæ funerationis ritum omninò requirit.

Ut autem funeralia hæc secundum morem nos apud consuetum ritè agantur, illa, quæ de vitâ & moribus, nec non beatâ morte Fabritianæ sobolis nobis relata sunt, hic recensere lubet. Piè defuncta SOPHIA FABRITIA anno à nato Christo milles. sexcentes. viges. secundo Rostochii à Clarissimis parentibus originem suam traxit. Pater ipsius fuit Vir Nobiliss. & Experientissimus Dn. JACOBUS FABRITIUS Medic. Doctor, & Universitatis hujus, ultra quadraginta annos, Medicinæ & Superiorum Mathematicum Professor celeberrimus, Collegiique Ducalis Senior, & postea Sereniss. & Potentiss. Dan. & Norwegiæ Reg. Christiani IV. gloriosæ recordationis, Archiater celeberrimus, nec non Arnhufii Prælatus. Matrem habuit MARGARETHAM Müllers/ foeminam omnium matronalium virtutum decore ornatissimam, His egregii splendoris parentibus progenerita, piâ parentum curâ sanctissimo adspersa

ſperſa lavacro, Dei filia adoptata eſt. Edu-
cata autem , poſtquam mater ejus in fa-
ta conceſſit, optimi hæc ſtemmatis proge-
nies à patre ſuo, unâ cum fratribus, nec non
ſorore natu maximâ, virtutis, pietatiſque
diſciplinam , cum lacte vel ut mater-
no imbibit. Avus paternus ipſi fuit Spe-
ctatiſſimus Dn. HINRICUS Schmid/ civitatis
Roſtochiensis Centumvir, & ærarii pu-
blici , per multos annos, dum fata ſine-
bant, Præfectus. Avia Paterna, DOROTHEA
Wulffes / Dn. JOACHIMI Wulffes/ primi Eccle-
ſiaſtæ orthodoxi in Brûſe / prope Gol-
debergam in Ducatu hoc Meclenburgico
filia. Avus maternus, RUDOLPHUS Møller/
civis hujus loci integerrimus. Avia ma-
terna, TILSA DENIA, foemina itidem lauda-
tiſſima. Egreſſa tandem pubertate, cum
Nobiliff. Conſultiſſimoque Viro Dn. DA-
NIELE SANDAWEN J.U.D. & Pal. Cæſ. Com.
fulgidiſſimo, qui anno Chriſti MDC LXIV.
Guſtrovii vitam cum morte commuta-
vit,

vit, sacra matrimonijura iniit, & ex eo,
divina cooperante benedictione, octo ge-
nuit liberos, nimirum quatuor filios, ac
totidem filias: Jacobum Laurentium, Jo-
hannem Joachimum, Margaretham Eli-
sabetham, Sophiam, Annam Elisa-
betham, Mariam Dorotheam, Danielem,
& Johannem Joachimum: Quorum pri-
mogenitus in primâ ætate, anno scilicet æta-
tis sexto Hafniæ; Sophia verò decimo nono
ætatis anno Viennæ ex hac vita discesse-
runt. Inter sex illos superstites primo loco
venit Margaretha Elisabetha, Henrico Ot-
tendorffo Commissario Imperatorio nu-
ptum data, illoque defuncto. Viro
Nobiliss. & Consultiss. DN. GEORGIO
BARCHMANNO U. J. D. Amplissimo, & Il-
lustr. Comitibus Ottingensis Consiliario, ac
Cameræ Directori fidelissimo nupta. Añã
Elisabetha virum propter mores pudicos
sibi conciliavit peritissimum, DN. JACO-
BUM Hassen/ Regiæ Danicæ Generalitatis
Chirurgum, ex qua neptem, Sophi-

am dictam, defuncta superstitem vidit.
Maria Dorothea non adeo pridem Viro
Eximio DN. GEORGIO *Amseln* / Amplissi-
mi iudicii tribuum Rostochiensium Se-
cretario maritata est; Filius natus maximus
Amstelodami chirurgiæ navans operam
lex reliquit filios, Danielem, J. U. Studio-
sum, in Hollandia studiorum ergo com-
morantem: Johannē Joachimum, Rigæ
Mercaturam exercentem, qui semper vi-
tam Deo probisque hominibus gratam, &
divino cultu, pietate, & usu sacre synaxis
conspiciam degit. Sexto jam labente
mense, piē nostra defuncta Sophia ardenti
correpta est feбри, cui morbo repellendo
Viri Excellentissimi Experientissimique
Dni. Doctoris SEBASTIANI WIRDIGII, Pro-
fessori publici, remedia adhibita sunt; sed
naturæ viribus debilitatis, vigor omnis
periit, itaq; vitę finem instare animadver-
tens, accersito DN. M. HENR. CARMONIO,
Diacono Jacobæo vigilantissimo, ab im-
mundis


mundis peccatorum sordibus sanguine agni se purgavit, & lacrâ synaxi, tanquam optimo ad vitam æternam viatico, devotè acceptâ, ardentibus hisce precibus se totam Deo devovit, sæpiusq; Salvatorem suum amplexa repetiit: *Herr Jesu du meiner Seelen Bräutigam/ Ich bitte dich mit Trähnen / &c. und mit Friede und Freude/ ich fahr dahin. &c.* Tandem decimo sexto prætereunris mensis Junii die, circa horam semiterciam, vitam cum morte commutavit, Anno ætatis LIV.

Hæc vitæ nec non mortis piè defunctæ nostræ SOPHIÆ, quantum nobis constat, memoria est,

*Felices anima, quibus est fortuna peracta
jam sua:*

Hodiè autem, circa horam secundam funus optimæ hujus Matronæ ducendum est, quod, uti spero, omnes *Academia nostræ cives*, qui Pietatem & virtutem colunt, seque homines & humanitatis studiosos esse recordantur, sponte suâ, adeoque nec jussi nec moniti prosequantur. Quoniam, ex monito sapientissimi Regum; *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.*

P. P. Sub Sigill. Rect. 20. Junij
Anno 1676.



am dictam, defuncta su
Maria Dorothea non ade
Eximio DN. GEORGIO Am
mi iudicii tribuum Rost
cretario maritata est; Filiu
Amstelodami chirurgiæ
lex reliquit filios, Daniele
sum, in Hollandia studio
morantem: Johannē Joa
Mercaturam exercentem
tam Deo probisque homi
divino cultu, pietate, & u
conspiciam degit. Sex
mense, piē nostra defuncta
correpta est febrī, cui mo
Viri Excellentissimi Expo
Dni. Doctoris SEBASTIANI
fessori publico, remedia ad
naturæ viribus debilitat
periit, itaq; vitę finem in
tens, accersito Dn. M. H
Diacono Jacobæo vigilan

n vidit,
m Viro
mplissi-
um Se-
maximus
operam
Studio-
o com-
n, Rigæ
nper vi-
atam, &
synaxis
abente
ardenti
ellendo
mique
GU, Pro-
unt; sed
r omnis
nadver-
RMONIO,
ab im-
mundis

